UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Enos. Cap[itulum]. vi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

interpretes ꝯ hebreos. interpretes eñi ponunt Adam annorū. ccxxx. vt dictū eſt: quādo genuit Seth: hoc modo cōputantes: videlicet: qꝛ adā annoꝝ. xxx. genuit abel: qui cū eſſet centū ānorū: ⁊ adā. cxxx. occiſus ē a Cayn: quē Adā cētū annis defleuit: anteq̄ euā denuo cognouiſſet. ⁊ ſic Adam. ccxxx. annorum genuit Seth: et non cxxx. vt hebrei tradūt. Supuixit aūt Adā nato Seth annis. ccccccc. ⁊ ſic annoꝝ. ccccccccxxx. mortuus ē. Seth aūt iuſſu patris ſupauit ꝑlez ſuam: qui dicebant̄ filij dei a ſtirpe cayn: q̄ filij hoīm vocabant̄. Sed ꝓceſſu tpis cōmixti ſunt: ⁊ inde gygantes exorti. Ipſe aūt ſeth cuz eſſet vir egregius: imitatores ſui filios dereliquit. Qui ſciētes eſſe predictū ab adam duo diluuia mundo ventura: vnū per aquaz: aliud per ignē: ea in duabꝰ colūnis ꝯſcripſerūt: altera lapidea contra aquam: altera lateritia contrā ignem: ne per hoc delerent̄. Ipſi etiā diſciplinam rerum celeſtium ⁊ earum ornatus ꝑmitus inuenerūt. Vixit autem annis. cv. ⁊ genuit enos: cui ſupuixit annis. cccccccc vij. vſq̄ ad ānos. clxvij. natiuitatis Lamech. ⁊ ſic annorum. cccccccccxij. mortuus eſt. Hic ex eo etiam inter ſanctos patres computari debet: qui eius progenies filij dei appellati ſunt.

De ſancto Enos. Cap. vi.

ENos filiꝰ fuit ſeth qui ab eodem ꝓgenitus eſt: cuz eſſet annoꝝ. cv. vt dictum eſt annis ab Adā creatione decurſis ccccxxxv. Iſte prius incepit inuocare nomen dn̄i: forte inuenit vbera deprecatoria ad inuocandū deū: vel forte ad excitāduz pigritiam memorie dei: deum effigiauit: vt modo fit. Et ex hoc etiā inter ſanctos patres: ſanctus ⁊ ipſe computari meretur. Qui annorum xc. genuit Cainam. Poſt cuius ortum vixit annis. cccccccc xv. videlicet vſq̄ ad. lxxxiiij annū natiuitatis Noe. Et cuz eēt annoꝝ. cccccccccv. mortuus eſt.

De ſancto Cainam. Cap. vij.

CAinā filiꝰ Enos ab eodē ꝓcreatus eſt: cū eēt annoꝝ cccccccccv. vt ſupius dicit̄ ānis vite ade decurſis. ccccxxv. Qui cū eēt annorum. lxx. genuit malalehel. Quo nato vixit annis cccccccc xl. videlȝ vſq̄ ad ānos. clxxvij. natiuitatis noe. Et ſic cainā ānoꝝ. ccccccccx. mortuꝰ ē.

De ſancto Malalehel. Cap. viij.

MAlalehel filiꝰ cainā anno. lxx. etatis parentis editꝰ vt ꝑmiſſum eſt: poſtq̄ videlicet Adam annos vite ſue. cccc xcv. trāſegerat. Qui annoꝝ. lxv. genuit Iared. Cui progenito ſuperuixit annis ccccccccxxx. vſq̄ ad annos natiuitatis Noe cc xxxiiij. Et ſic Malalehel annoꝝ. ccccccccxcv. mortuus eſt.

De ſancto Iared. Cap. ix.

IAred filius malalehel ex eo genitus cū eſſet annoꝝ lxv. vt iam tactū eſt. Reuolutis annis ade. ccccclx. Hic cū eſſet annoꝝ. clxij. genuit Enoch. Cui nato ſuperuixit annis. cccccccc. vſq̄ ad annos ccclxvi. natiuitatis Noe. Et ſic Iared annoꝝ ccccccccclxij. mortuus eſt.

De ſancto Enoch. Cap. x.

ENoch filius iared primus omniū patrū teſtamenti veteris ⁊ ſolus ꝑme etatis in catalogo ſcrōꝝ ponit̄. Eccli. xliiij. Qui anno etatis patris. clxij. natus eſt: vt in ſuperioribus tangit̄: annis ad vite tranſactis. dccxxij. Qui etiā annoꝝ. lxv. genuit Mathuſalē. Cui annis. xxx. ſuperuixit in orbe. Hic enoch deo placuiſſe ſcribit̄: eo q̄ cū deo ambulauit: ſubaudi pre ceteris viaȝ mandatorum dn̄i cuſtodiuit. Et nō vltra cōparuit: quia tulit eū deus. Poſtq̄ eñi mūdo vixerat: vt dictuz eſt: trāſlatus eſt in paradiſum voluptatis ad tpus: vt in fine tempoꝝ cū helia veniat: ⁊ corda filiorū ad patres cōuertat. Fuit etiā ſeptimꝰ in generatione pioꝝ: ſicut ⁊ Lameth ſeptimus in generatione reproborū: qui primꝰ bigamiā introduxit: ⁊ patricidiuz in cayn cōmiſit: vnde forte etiam vt quidam dicunt: ꝓpter ſeptenariū numerum diuino numini cōſecratum: enoch acceptior deo fuit: queȝ ſeptima editū generatione ſuſcepit. Hunc enoch nōnulla diuina ſcripſiſſe ⁊ aliqua ꝓphetaſſe iuda apoſtolo teſtāte cognouimus: vnde ⁊ filij eius ⁊ nepotes in ſtudio ſapientie feruentes fuerunt.

De ſancto Mathuſalem. Cap. xi.

MAthuſalē filiꝰ enoch anno vite parentis. lxv. natus: vt dictū eſt annis ad vite tranſactis dcclxxvij. Hic annoꝝ. clxxxvij. genuit Lamech. Poſt cuius natiuitatem impleuit annos. dcclxxxij. id eſt vſq̄ ad diluuiū. Et ſic Mathuſalē annorum. dccccclxix. mortuus eſt. Quidā aūt habēt Mathuſalē annis. dccccclxxxiiij. vixiſſe. ⁊ ſic ānos. xiiij. poſt diluuiū trāſegiſſe: quo tpe videlicet āno illo quo diluuiū factuȝ eſt: dicūt eū in paradiſum apud patrē tranſlatū: ⁊ ibideȝ ſecum manſiſſe: donec diluuiū finitum fuit. Et poſt hec aſſerunt eum ad terras inter hoīes euectū eſſe ⁊ annis. xiiij. ſuperuixiſſe: eo q̄ in arca non legit̄ fuiſſe. Hieronymus tamen aſſerit; q̄ mortuus eſt anno